

## Codice Diplomatico Longobardo I, 119

[+ In Dei nomine. regnante domno nostro] Aistulfio uero excellentissimo rege, [anno regni eius.....], [diae.....], indictione octaua; feliciter. Constat me Theodenand accepisse, sicut in presente accepi a te Iobiuni tremesses [.....] finido precio pro pecia una de uinia in loco ubi dicitur [...], et abente ipsa] uinia per longo perticas quinque et mecia, per [uno] capo perticas quattuor [et mecia et...] pedes, et per alio capo pertica una et pedes octo; quoherente: ab uno latere campo Palderis, et ab alio latere uinia Theoderuni, quem ad presente dedet Iobiuni, uno capo tene in Raca et alio tam similiter. Item et dederunt Theodero et Uidale germanis uendiderunt pecia una de uinia suprascripto Iobiuni ibitem ad parte de suprascripta uinias, et abente ipsa uinia per longo perticas quattuor e mecia, per uno capo auente perticas tres, et per alio capo tam similiter perticas tres; at pertica, cum que mesuaradas fuerunt ipsas uinias, de pedes duodecim; quoherente: ab uno latere uinia Bonbuni, et ab alio latere suprascripta uinia, uno capo tene in Senaria, et alio capo similique in Senaria. et retulerunt suprascripti Theodero et Uidale germanis precio pro ipsa suprascripta uinea ad te Iobiune [emturi accepisse] tremesses duos et mecio, finido precio; ida ut ab hodierna diae ipsa suprascriptas uineas in tua suprascripto Iobiuni et tuis heretes set podestatem. et spondeo me ego quisupra Theodenand uel meis heretes tibi suprascripto Iobiuni atque tuis heretes ipsa suprascripta uinea ab omni homnine derensare; quod si pulsatus fuaere ego uel meis heretes contra hanc cartola uenditionis et meneme defensare poduaeremus, in dublis bonis conditionibus tibi emturi heretes tuis essemus reddeduri, ipsa uinea eo tempor meliorada. item et spondemus nus suprascriptis Theodero et Uidale germanis que nos defensare tibi Iouiuni uel ad tuis heretes ipsa suprascripta uinea ab omni homine, defensare nos Uitale duas porciones et Theodero tercia porcione; et si meneme defensare poduaeremus, in dublis bonis conditionibus tibi Iobiuni heretes tuis essemus reddeduri, suprascripta uinea eo tempore meliurada fuaere rouoranda. Acto in [...], terredurio Astense, diae, indictione suprascripta; feliciter. Signo + manus Theoderuni; signo + manus Uidali, qui hanc cartola fieri rogauerunt. + Ego Theudenando in hanc cartola ad me facta uel ad nebodes meus mano mea probria subscripsi. Signo + manus Fulcareni, qui Culia uocatur, testes. Signo + manus Gulfareni de Muntis testes. Signo + manus Liutsareni de Muntis testes. + Ego Anspert nodario rogidus ad suprascriptis Theodenand et Theoderune et Uidale hanc cartola uenditionis scripsi, subscripsi, quam pus tradida compleui et dedi.